

## Iskolai törvények 17. század

A TARCALI ISKOLA törvényeinek latin szövegét Zsinka Ferenc közölte a Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár XI. évfolyamának (1927) 163-168. lapjain. A KASSAI ISKOLA törvényei – ugyancsak latinul – Révész Kálmán közlésében a Történelmi Tár 1893. évfolyamának 550-558. lapjain jelentek meg először. Az 1648. évi sárospataki zsinat végzéseit Hegedűs László adta közre a Sárospataki Füzetekben (1862, 445-449). Mindhárom dokumentumot a fordításokkal együtt közölte Dienes Dénes: *Minthogy immár schola mestert tartanak... Református iskolák Felső-Magyarországon 1596-1672. Sárospatak, 2000.*

\*\*\*\*

### Leges Scholae Tartzalianae

#### I.

Qui cumque in hanc scholam ad uberiores studiorum honestiorum sese mercaturam contulerit: is sciat contubernium hoc nostrum esse pietatis et omnis honestatis officinam: sibi que negocium esse non cum belluis aut cyclopiibus; qui nec legibus, nec disciplina civili, nec religione gubernantur; sed cum Pietate regina et matre virtutum omnium. Proinde unusquisque scholae nostrae civis ad Pietatem consequendam et possidendam omnes studiorum suorum nervos et conatus intendat; ut gratus Deo et hominibus toto vitae suae curriculo vivere possit.

#### II.

Primum itaque omnium, quicumque in hoc consortio aliquamdiu subsistere decrevit: nomen suum apud scholae rectorem profiteatur: inque album seu catalogum studiosorum se recipi et inscribi reverenter petat. Quod si obtinuerit, rursus debitam obedientiam et honorem Praeceptorum, honestis gymnasii legibus, mutuumque amorem condiscipulis suis se exhibiturum sincere spondeat; qui postea quam receptus est, ut probe norit, quo pacto vocationis suae munia obeat, hac via incedat.

#### III.

Horis matutinis et vespertinis privatim unum aut alterum caput ex sacro codice attente legunt. Catechesin christianam vernacula et latina lingua grandiores cum junioribus ediscunt. Nihil non est turpius, quam Christianos summa religionis salvificae tapita ignorare, citra quae vita aeterna adipisci nequit.

#### IV.

Praelectionibus, examinibus, declamationibus, disputationibus, omnibusque aliis congressibus scholasticis, citra ullam occupationis,

quantumvis arduae, excusationem, frequenter intersunt. Quae si interdum acciderit inevitabilis, Rectoris, aut ipso absente, senioris venia negocium aggrediuntor.

#### V.

Quoniam sicut honestarum literarum cultura, ita etiam Pietatis studio scholasticus ordo reliquis omnibus hominibus anteire et praelucere debet: singulis diebus horis matutinis et pomeridianis cum concionibus tum precibus omnes et singuli juniores cum majoribus bis intersunt, templum campanula scholae signo dato una et combinatim intrant; canunt, vultum et totius corporis habitum ad pietatem componunt; reverentiam erga quosvis maxime vero erga ecclesiae Dei ministros et ordinem senatorium, matronas item honestiores capitis detectione, honestisque officiis declarant; Deductioni quoque funerum frequentes intersunt; bini incedunt; et vultu subtristiore, se juxta Praeceptum Paulinum, cum flentibus flere, declarant.

#### VI.

Quia vero omnis labor et industria, quantumvis diligens, sine linguarum cognitione perit; exercitationem Latine loquendi et scribendi ab omnibus severe exigimus: sic quoque argumentorum vernaculorum in latinum et contra translationem; carminum item orationum proprio Marte componendarum sedulitatem, lectionum quoque publice auditarum privatam ruminatorem exposcimus. Secus facturis poenam gravem indicimus.

#### VII.

Rixas; altercationes omnes; dissidiorum occasiones, privatam cum violentiam, tum vindictam, immodestam vestituum deformitatem, pileos in cornuum modum dissectos, rasuram capitis militarem, strepitus vociferationes diurnas et nocturnas severe interdiciamus. Sicut etiam convitia futilia et non necessaria juramenta; famosas et contumeliosas denominationes; calumnias et in fama honestarum personarum criminationes; hostilem ad arma provocationem; intempestivas et licentiosas sine venia in oppido discursationes; vinetorum, hortorum, sepium, palorumque ex vinetis direptiones; macerieri scholae et depraedationem et urina conspurcationem; loci alvi et vesicae levandae destinati defoedationem; Sepium scholae nocturno diurnoque tempore transgressionem.

#### VIII.

Omnem quoque ex hac schola ataxia remotam volumus. Studiosi itaque quoties aut templum ingredi, aut justa funeri solvere, se parant; signo campanula dato illico omnes invicem in area scholae exspectant; sicque combinatim eundo et redeundo, modestiam suam etiam apud vulgus declarant.

## IX.

Rectoris etiam interest nosse, quis sit in schola, quid et quo ordine discat. Nemo igitur aliquem ex pueris privatim inscio superiore erudiendum suscipiat, aut ab aliis allectum, recipiat. Quos vero sibi commendatos habet, eos ea fide et diligentia in moribus castis et doctrina informet; qua fide et industria se erudiri percipit; praesertim autem in scriptione, Latino sermone, primis alphabeti rudimentis et praeceptis Grammaticis informet. Singulis diebus discipulis suis bis versum aut phrasin praescribat, praescriptam vernacule exponat, expositam charta remota dimissionis tempore reposcat: diebus Mercurii et Saturni et Solis pomeridianis horis Catechesin exquirat. Si lectionum fuerit capax, exponendo, declinando, construendo, scandendoque eum exerceat. Si quis hac in parte suam nobis fidem et industriam probare noluerit, is et pueris privabitur, et maledictioni divinae subjacebit.

## X.

Seniorem ex corpore scholastico electum, juvenem candidum, pietatis et modestiae studiosissimum, ab omnibus revereri, eidemque in officiis scholasticis citra ullam tergiversationem morem gerere mandamus: Ejus officii erit, fide mediante bona communitatis recipere et conservare, et inter alumnos aequaliproportione dividere; musaea mox a signo vespertino, prius quam porta claudatur, perlustrare, absentes annotare, divisionis tempore Rectori connotata exhibere; aliaque scholastici laboris munia probe et fideliter obire.

## XI.

Oeconomi quoque officium erit hora septima vespertina signum campanula ad preces dare: portam hora octava signo cubitum dato sera claudere; tertia matutina signo studiosus ad laborem excitare, portam reserare, mundiciem totius scholae bis in hebdomada curare; absentes a lectionibus, templo, funere, aliisque congressibus scholasticis annotare; annotatos Rectori tradere: mulctam a delinquentibus mature exigere, inordinate sese gerentes officii admonere; tertia demum hebdomada habita oratione, aut trium capitum bibliorum ex memoria recitatione, munus suum sequenti resignare.

## XII.

Has ipsas leges, cum honestas, justas, studiosaeque juventuli perutiles, et communi tranquillitati fructuosas esse cuncti intelligant: ab omnibus et singulis debitam subjectionem pro autoritate vocationis nostrae exigimus: quam manus etiam subscriptione testatam iri optamus. Contumacibus vero, pacis scholasticae turbatoribus, fucis et ad stivam magis, quam ad literas aptis, fores Musarum clausas denunciamus, et tanquam profanos, a societate nostra, procul esse jubemus.

## Poenae transgressorum

1. Quicumque sine Rectoris venia emanserit a lectione [prim]arium, ab examine tres, ab oratione totidem, a memoriae exercitio quatuor, a disputatione decem numos pendito.
2. Qui ceremonias templi et scholae, hoc est contiones et preces matutinas et vespertinas, Bibliorum item praelectionem sine venia neglexerit, aut quatuor numos solvito: aut unum caput loco repetitionis ex memoria promte recitato.
3. Qui sine comite templum ingredi egredi, aut funus comitari deprehensus fuerit, unum numum pendito.
4. Qui nativo sermone licenter loqui ab aliquo deprehensus fuerit, pro singulis erratum numum, si a Rectore, duos, aut decem pendito, versus probati auctoris expedite recitato; cum peregrino interea linguae discendae gratia unicuique potestas nativo sermone loquendi conceditur, secus non.
5. Qui materiam orationis solutae aut ligatae a Rectore exhibitam, contemserit: neque versus aut orationem proprio Marte ex illa compositum Rectori obtulerit, pro stylo quinque, pro oratione decem numis mulctator.
6. Rixantes, altercantes, vestibus indecoris utentes, vociferantes, famose invicem denominantes, commilitonibus verbis aut factis molestiam exhibentes, calumniantes, futiliter jurantes decem; ad arma provocantes, aut plagam infligentes, viginti quinque numis mulctantur.
7. Quicumque vineta, hortos, sepes, palos diripuerit, sepemque scholae transilierit, primum viginti numos, secundo quinquaginta pendito, tertio plagis castigatur. Si vero adhuc a maleficio cessare noluerit, ex consortio nostro tanquam scabiosa pecus ejiciatur.
8. Qui nocturno tempore extra scholae limites noctem egerit, principio viginti quinque denarios solvat: postea cum ignominia schola pellatur.
9. Maceriei urina conspurcatores, aut cloacae defoedatores duos numos pendunt.
10. Boni ordinis turbatores castigationem verbalem subeunt.
11. Oeconomus si neglexerit signum ad preces hora septima dare duorum: octava portam claudere: quatuor; tertia adaperire: trium; delinquentes annotare: sex; mundiciem bis in septimana curare: trium; officium oratione non habita resignare: quindecim numorum pensione punitor.

12. Si oeconomus mulctam a delinquentibus ante completum oeconomiae tempus officium exigere praetermiserit, aut decem numis privator; aut totidem psalmos Davidis recitator.

13. De coeteris poenis, quae hic expressae non sunt, Rector cum seniore dispensabit.

14. Qui meritam poenam contumaciter subire respuerit: is aut oratione proprio Marte composita caetum scholasticum complacator; aut e contubernio scholastico excluditor.

*Auditores majores:* Gregorius Szixai, Stephanus Szepsi, Petrus Lizkai, Joannes Merai, Stephanus Szixai, Jacobus Feketepataki, Matthias Tardi, Joannes Szintai, Matthias Szaraszi, Joannes Szixai, Joannes Zempleni, Gregorius Lanczi, Ambrosius Lizkai, Stephanus Gönczi, Joannes, Joannes, Michael Sclavi, Matthias, Andreas.

*Adolescentes.* Stephanus P. Szantai, Ladislaus P. Kerekniei, Joannes Zombori, Michael P. Pankotai, Joannes Hevesi, Joannes Bartesius, Inantsi.

## A tarcali iskola törvényei

### I.

Mindaz, aki ebbe az iskolába lép, hogy a tisztességes tudományok nagyobb bőségét magának megszerezze, vegye tudomásul, hogy a mi társaságunk a kegyesség és minden tisztesség műhelye; s annak nem szörnyetegekkel vagy küklopszokkal lesz dolga, akiket sem törvények, sem polgári fegyelem, sem vallás nem kormányoznak, hanem a kegyesség királynőjével és minden erény anyjával. Azért iskolánk minden polgára buzgalmának minden erejével és igyekezetével a kegyesség követésére és birtoklására törekedjék, hogy egész élete folyásában Isten és emberek előtt becsülésre méltóan élhessen.

### II.

Mindenek előtt tehát, ha valaki elhatározta, hogy bizonyos ideig ebben a közösségben tartózkodik, nevét az iskola rektorának bejelentse, és a tanulók névkönyvébe vagy jegyzékébe magát felvétetni, vagy beíratni tiszteletteljesen kérje. Amit ha megnyert, viszontag magát a köteles engedelmességre és tiszteletre a tanító, a gimnázium jeles törvényei, és a kölcsönös szeretetre diáktársai iránt őszintén kötelezze el. Ki miután felvétetett, ahogy helyesen megismerte, úgy viselje elhívásának tisztét, ezen az úton járjon.

### III.

A reggeli és esti órákban magányosan egy vagy két fejezetet a Szentírásból figyelmesen olvassanak el. A keresztyén hitvallást anyanyelven és latinul az idősebbek az ifjabbakkal tanulmányozzák. Nincs annál gyalázato-

sabb, ha a keresztyének nem ismerik az üdvözítő vallás lényegét, mely nélkül az örök életet elnyerni nem lehet.

#### IV.

Az előadásokon, vizsgákon, szónoklásokon, vitatkozásokon és minden más iskolai összejöveten mindig jelen legyenek, kivéve valamely igen terhes elfoglaltságot. Ha olykor ilyen kikerülhetetlen dolog történik, a rektornak, vagy távollétében a seniornak az engedélyét kérjék.

#### V.

Mivel a tisztességes tudomány gyakorlásában, éppúgy a kegyesség szeretetében az iskolásoknak minden más emberi rend előtt élenjárni és tündökölni kell: minden nap kétszer, reggel és délután, mind a prédikációkon, mind a könyörgéseken mindnyájan, az ifjabbak az idősebbekkel jelen legyenek. Az iskola harangocskájának jeladására a templomba együtt menjenek be. Énekeljenek, arcvonásukat, testtartásukat az ájtatosságnak megfelelően rendezzék. A tiszteletet mások iránt, főképpen pedig Isten egyházának szolgálói és a tanácsosok rendje, szintén a tisztas öregasszonyok iránt, süvegeléssel, tiszteletteljes előzékenységgel nyilvánítsák ki. Következésképp a temetéseken is mindig jelen legyenek, kettesével, méltósággal menjenek, és szomorú arccal, Pál apostol tanítása szerint – sírjátok a sírókkal – viseljék magukat.

#### VI.

Mivel pedig minden munka és szorgalom, bármennyire gondos is, nyelvek ismerete nélkül elvész, a latin írásbeli és szóbeli gyakorlatokat mindenkiktől szigorúan megköveteljük. Ugyanígy az anyanyelvű tárgyak fordítását latinra és viszont. Szintén megkívánjuk imádságos költemények saját erőből való készítésének szorgos munkáját, ugyanígy a nyilvánosan hallgatott előadások magán ismétlését. A másként cselekvőkre súlyos büntetést szabunk ki.

#### VII.

Veszekedéseket, minden perlekedést, a meghasonlások alkalmait, mind az egyéni hatalmaskodást, mind a magánbosszút, illetlen, rút öltözéket, a hegyesen vágott süveget, a fej katona módra borotválását, a zajos kiabálásokat éjjel és nappal szigorúan megtiltjuk.

Ugyanígy a hiábavaló és szükségtelen esküdözéseket, gyalázó és sértő megnevezéseket, rágalmakat, tisztességes személyek jó hírének megrontását, a fegyverre való ellenséges kihívást, illetlen és féktelen rohangálást a városban, szőlőknek, kerteknek, kerített helyeknek kifosztását és a szőlőkből a karók ellopását, az iskola kerítésének mind rongálását, mind vizetlennel való beszennyezését, a has és a húgyhólyag könnyítésére rendelt hely bemocskolását, az iskola kerítésén éjjel és nappal való átjárkálást.

## VIII.

Ebből az iskolából minden rendetlenséget el akarunk távolítani. Ezért a tanulók valahányszor templomba vagy temetésre indulnak, magukat felkészítsék. Mindjárt a harangocska jeladására mindnyájan várják meg egymást, és így összefogva menjenek és jöjjenek, fegyelmezettységüket a köznép előtt is nyilvánítsák ki.

## IX.

Fontos, hogy a rektor ismerje, hogy ki van az iskolában, mit és milyen rendben tanul. Tehát a tanulók közül, a felsőbbség tudta nélkül, senki senkit tanulásra ne vegyen fel, vagy más által felvettet ne fogadjon be. Akiket pedig (a rektor) méltónak talál, azokat azzal a hűséggel és gondossággal képezze a tiszta erkölcsökben és tudományban, amilyen hűséggel és szorgalommal magát taníttatni kívánja. Kiváltképpen pedig az írásban, latin beszédben, az ábécé alapelemeiben és a nyelvtan szabályaiban képezze őket. Bizonyos napokon tanítványainak verset vagy mintaszöveget kétszer írjon elő, miután előírta magyarázza meg, miután megmagyarázta, a papírt félretéve, kérdezze ki az előadás végén. Szerda, szombat és vasárnap délután a kátét kérdezze ki. Ha az olvasmány terjedelmes, magyarázással, más megközelítéssel, összefüggéssel, tagolással dolgozza fel. Ha valaki ebben a tiszttben hűségét és szorgalmát nekünk nem bizonyítja, azt a tanulóktól is megfosztjuk és átok alá is kerül.

## X.

A seniort, akit az iskolai testületből választottak, aki becsületes ifjú, kegyességben és szerénységben a legkiválóbb, mindenki által tisztelt, megbízuk az iskolai feladatok vonakodás nélküli, engedelmes viselésével. Feladata lesz: eskü alatt beszédni és megőrizni a közösség jövedelmeit, és a jótéteményes diákok között egyenlően elosztani. Továbbá esti harangszó után, mielőtt a kaput bezárják, a tanulóházakat ellenőrizni, a hiányzókat feljegyezni, az osztás idején a rektornak a feljegyzetteket bemutatni, és egyéb iskolai feladatokat tisztességgel és hűséggel elvégezni.

## XI.

Az ökonómus feladata lesz este hét órakor a kis haranggal jelt adni az áhítatra, nyolc órakor, jelt adva a lefekvésre, a kaput retesszel bezárni, reggel háromkor gondosan ébreszteni a munkára, a kaput kinyitni, az egész iskola hetenként kétszeri takarításáról gondoskodni, az előadásokról, templomból, temetésről és más iskolai összejöveletekről hiányzókat feljegyezni, a feljegyzéseket a rektornak átadni, a bírságot a vétkektől idejében kérni, a rendetlenül viselkedőket kötelességgel figyelmeztetni, végül három hét után szónoklással, vagy a Biblia három fejezetének emlékezetből való elmondásával hivatalát a következőnek átadni.

## XII.

Hogy ezeket a tiszteletre méltó, igazságos és a tanuló ifjúság számára hasznos s a köznyugalom számára gyümölcsöző törvényeket mindenek

általlássák, mindenkitől köteles engedelmisséget követelünk hivatalunk tekintélye iránt, aminek majdani kinyilvánítását aláírás által is megkívánjuk. A megátalkodottaknak, az iskola békéjét háborgatóknak, a henyélőknek és azoknak, akik inkább alkalmasak az ekeszarvra, mint a tanulásra, a tudományok bezárt ajtaját hirdetjük, ugyanúgy társaságunktól a szentségtelenek távoltartását parancsoljuk.

### A törvényszegők büntetése

1. Aki a rektor engedélye nélkül hiányzik a főelőadásról, három vizsgáról, ugyanannyi szónoklásról, négy emlékezetből való gyakorlásról, tíz pénzt kell fizetnie.

2. Aki a templomi és iskolai szertartásokat, azaz a prédikációkat, a reggeli és esti könyörgéseket, úgyszintén a bibliaolvasást engedély nélkül elhanyagolja, vagy fizetnie kell négy pénzt, vagy egy fejezetet az ismétlődő szakaszból kívülről készen vissza kell mondania.

3. Aki a templomba be vagy abból ki a tanító nélkül megy, vagy temetési menetben kapják ezen, egy pénzt kell fizetnie.

4. Ha valakit rajtakapnak, hogy anyanyelven beszél, alkalmanként egy pénzt, ha a rektor veszi észre kettőt vagy tizet kell fizetnie, amennyiben a jeles szerzők verseit könnyen visszamondja. Viszont az idegenekkel az eltérő nyelv miatt, kiváltképpen való lehetőségként, az anyanyelvű beszéd megengedett, egyébként nem.

5. Aki a rektor által előadott kötött vagy szabad szónoklat anyagát megve-ti, a saját erejéből sem abból szerkesztett verseket, sem szónoklatot a rek-tornak nem mutat be, a stílusért öt, a szónoklatért tíz pénz a büntetése.

6. Veszekedők, perlekedők, illetlenül öltözködők, hangoskodók, egymást gyalázatosan csúfolók, szavakkal vagy tettekkel társaiknak terhére lévő-k, rágalmozók, folyvást esküdözők tíz, a fegyverre kihívók, vagy verekedők huszonöt pénzre büntettetnek.

7. Aki a szőlőhegyeket, kerteket, karókat, kerítéseket elprédálja, és az iskola kerítésén átugrik, először húsz pénzt, másodszer ötven pénzt fizet, harmadjára veréssel kell megfenyíteni. S ha még mindig nem hagy fel a gonosz cselekedettel, társaságunkból, mint fekélyes barmot, kidobjuk.

8. Aki éjnek idején az iskolán kívül tartózkodik, első esetben fizessen hu-szonöt dénárt, azután megszégyenítve kiúzzuk az iskolából.

9. Akik vizelettel rútitják a falat, vagy az illemhelyet bemocskolják, két pénzt kell fizetniük.



10. A jó rend megháborítóit szóbeli intésben kell részesíteni.
11. Ha az ökonómus elmulaszt jelt adni a hét órai könyörgésre, kettő, nyolckor a kaput bezárni, négy, háromkor kinyitni, három, a hiányzókat feljegyezni, hat, a heti kétszeri takarításról gondoskodni, három, hivatalát szónoklással átadni, tizenöt pénz fizetésével kell büntetni.
12. Ha az ökonómus a bírságot a vétkesectől elmulasztja kérni az ökonómusi tiszt idejének lejárta előtt, meg kell fosztani 15 pénztől, vagy el kell mondania Dávid összes zsoltárát.
13. Azokról a büntetésekről, amelyek itt nincsenek felsorolva, a rektor a seniorral fog gondoskodni.
14. Aki a megérdemelt büntetés elhordozását engedetlenül visszautasítja, annak a saját erejéből készített szónoklattal az iskolai coetust ki kell engesztelnie, különben az iskolai közösségből ki kell őt zárni.

Ford: Dienes Dénes



## AZ 1648. ÉVI SÁROSPATAKI ZSINAT VÉGZÉSE AZ ISKOLÁKRÓL

### De scholis corrigendis

In scholis non vernacula sed latina lingua canendum ubique in precibus publicis.

Capita Biblica similiter in scholis latine praelegantur et resolvantur.

Inutiles cantilenae in scholis festivis diebus non satis decenter usitatae tollantur ubique, praeter ordinariam cantorum institutionem. Illis vero temporibus, duabus videlicet septimanis ante festivos dies, exerceatur in catecheticis, declamationibus aliisque exercitiis studiosa juvenus.

Scholae particulares in hisce partibus cis-tybiscanis in certum ordinem redigendae et limitandae sunt, ne ubivis docere quidlibet liceat rectoribus. Ludi-rectores in pagis et oppidis, ubi praeter domesticos pueros succrescenter sustentari nequeunt, supra grammatcam nihil doceant. Libelli, quibus utendum erit pueris, hi designantur: Alphabetarium, cum brevi nomenclatura, Donatus, Grammatica Molnaris etc. Item pro exercitiis Vestibulum Januae Lingvarum, Cato, Colloquia Cornelii, Civilitas morum Erasmi vel his similes.

In scholis oppidanis, quales sunt schola Tolcsvensis, Bényeiensis, Madiensis, Zempleniensis, Gál-szécsiensis, Helmeciensis, Szerencsiensis, Szentpé-teriensis, Heiczeiensis, Kaposiensis, Ujlakiensis etc. ubi videlicet

adolescentes aliquot commode sustentari possunt, praeter elementa literarum et grammaticae docere licebit syntaxin et poesin, quin etiam elementa rhetorices breviter explicare, si adolescentes habiles reperiantur, nec non Rudimenta Graecae Linguae, Authores autem in hujusmodi scholis usitati erunt: supra Molnaris Grammaticam Syntaxis Philippi Melanchtonis, cum brevi et perspicua explicatione, Prosodia Molnaris, Philippi vel Emmanuelis. Classici authores pro exercitiis Comenii, Erasmi Colloquia, Dialogorum Sacrorum Liber, pro soluta oratione; pro ligata Virgilius, Eobanus Hessus, Buchananus, aut saltem Virgilius Evangelisans. Inter quos imitationem Progymnasmatum Aphtonii et Phrasologiam Aldi-manitii maxime cuivis commodatam esse volumus.

In majoribus oppidis, quales sunt: Miskolc, Rimaszombath, Szikszó, Thálya, Szánthó, Ungvár etc. ubi nimirum major frequentis studiosorum adolescentum haberi potest: supra grammaticam, syntaxin et poesin ex professo doceri debet rhetorica seu purior eloquentia tam ligata quam soluta; logicae item et graecae linguae rudimenta in gratiam illorum, qui mediocriter profecerunt in puriore eloquentia latina. Authores illis erunt potissimum terendi: Rhetorica Petselii et Logica Keckermanni itemque Grammatica Graeca Petri Caroli pro cynosura. Pro exercitiis vero proponendae sunt Orationes Ciceronis, cum debita analysi grammatica, rhetorica et logica. Ubi juvenus maxime exerceri debet in conscribendis et frequenter declamandis orationibus et carminibus.

In scholis autem particularibus, quae gymnasio patachiensi proxime subordinantur, ex quibus videlicet schola patachina suppleri debet, sicuti göncina, tarcaliensi, tokajina, kereszturina, liscensi et ujheliensi: supra artes inferiores ex professo doceri debet Logica Keckermanni theoretice et practice, itemque graeca lingua. Quibus fundamenta philosophiae et theologiae in gratiam promovendorum in gymnasio patachiense adjungi possunt commode. Ubi disputationes quoque singulis septimanis alternatim philosophicas et theologicas non solum permittimus sed etiam serio injungimus.

Hunc scholarum ordinem ita limitamus; ut supra terminos evagari non liceat, praesuppositis tamen pro diversitate ingeniorum omnibus inferioribus.

Fundamenta christianae religionis praeterea, Catecheticas nimirum institutiones juxta. Catechesin Syderii pro tyronibus, Catechesin Heidelbergensem pro majoribus, et Ursini brevem aliquam epitomen in omnibus scholis ordinarie diebus mercurii, sabbathi ac dominicis fidellissime doceri jubemus.

Exercitia denique styli tam ligati quam soluti, quippe quae studiorum anima sunt, cum declamationibus crebris in omnibus scholis ante omnia urger volumus.

Ut haec omnia commode perfici possint in singulis comitatibus cistibiscanis certos scholarum inspectores constituendos justum et aequum judicavimus.

## AZ ISKOLÁK JOBB KARBA ÁLLÍTÁSÁRÓL

Mindenütt az iskolákban ne anyanyelven, hanem latinul énekeljenek a nyilvános könyörgéseken.

Hasonlóan a Biblia fejezeteit is latinul olvassák és magyarázzák az iskolákban.

Az ünnepnapokon, az iskolákban a haszontalan, nem elég illendően használt dalok megszüntetnek mindenütt, a kántorok rendes intézkedése szerint. Abban az időben pedig, tudniillik két héttel az ünnepek előtt, a szorgalmas ifjúság gyakoroltassék a katekizmusban, a szónoklásban és más gyakorlatokban.

Ezen a tiszáninneri részen a particuláris iskolákat meghatározott rendbe kell sorolni és osztani, nem szabad a rektoroknak bárhol, bármit tanítani.

Az iskolarektorok a falvakban és mezővárosokban, ahol a helybeli gyermekeken kívül növendékeket tartani nem lehet, a (latin) grammatikán kívül semmit ne tanítsanak. Ezek a könyvek jelöltetnek ki, melyeket a gyermekek használjanak: Ábécéskönyv rövid szótárral, Donatus, Molnár Grammatica-ja stb. Ugyanígy a gyakorlatokra a Vestibulum Januae Linguarum, Cato, Cornelius Colloquia-ja, Erasmus Civilitas morum-ja, vagy ezekhez hasonlók.

A mezővárosi iskolákban, mint a tolcsvai, bényei, mádi, zempléni, gálszécsi, helmei, szerencsi, szentpéteri, hejcei, kaposi, újlaki stb., ahol tudniillik néhány ifjút megfelelően tudnak tartani, a deáki tudomány és a grammatika elemein kívül tanítani lehet syntaxist, poezist, sőt röviden a retorika alapjait is ki lehet fejteni, ha alkalmas ifjak találhatók, nem különben a görög nyelv kezdő részét. Ezeknek az iskoláiban pedig ezeket a szerzőket használják: Molnár Grammatika-ján kívül Melanchton Fülöp Syntaxis-át rövid és világos magyarázattal, Molnár, (Melanchton) Fülöp vagy Emmanuel Prosodia-ját. A gyakorlatokra ezek a klasszikus szerzők használhatók: Cicero Epistolae familiares-ja, Comenius Janua Linguarum-ja, Erasmus Colloquia-ja, a Dialogorum Sacrorum Liber, a szabad beszédre; a kötöttre Vergilius, Eobanus Hessus, Buchananus, vagy legalább a Vergilius Evangelisans. Ezek mellett Aphtonius Progymnasmata-jának és Aldus Manutius Phraseologia-jának kölcsönös követését felettébb megkívánjuk.

A nagyobb mezővárosokban, mint amilyen Miskolc, Rimaszombat, Szikszó, Tállya, Szántó, Ungvár stb., ahol tudniillik nagyobb számú tanuló ifjúságot lehet tartani, a grammatikán, syntaxison és poesisen kívül kiemelten tanítani kell a retorikát, azaz mind a kötött, mind a szabad tisztább ékesszólást. Szintén a logika és a görög nyelv elemeit azoknak kedvéért, akik a tisztább latin ékesszólásban meglehetősen előreléptek. A leginkább használandó szerzők: Pécselyi Rethorica-ja, Keckermann Logica-ja, ugyancsak Károlyi Péter görög nyelvtana a szabály végett. A gyakorlatokra nézve pedig elvégezendőek Cicero beszédei, kellő nyelvtani, szónoklattani és logikai elemzéssel. Itt az ifjúságot felettebb gyakoroltatni kell az írásban, gyakran a kötött szónoklásban és a versekben.

A particuláris iskolákban pedig, amelyek közvetlenül a pataki gimnázium után következnek, tudniillik amelyekből a pataki iskolának létszámában gyarapodni kell, mint a gönci, tarcali, tokaji, keresztúri, lizskai és újhelyi, az alsóbb tudományokon felül, kiemelten tanítani kell Keckermann Logica-ját elméletileg és gyakorlatilag, szintén a görög nyelvet is. Ezekkel alkalmasan összekapcsolhatók a bölcsészet és a hittudomány elemei, a pataki gimnáziumban továbbtanulók kedvéért. Itt minden héten, felváltva a bölcséleti és hittudományi vitatkozásokat nem csak megengedjük, hanem szigorúan el is rendeljük.

Az iskoláknak ezt a rendjét így határozzuk meg; úgyhogy a határokon túl járni nem szabad, hanem alulról fölfelé a tehetségek különbsége szerint.

Annak felette a keresztyén vallás alapjait, tudniillik a hitvallások oktatását, a gyermekeknek Syderius kátéja, a nagyobbaknak a Heidelbergi Káté és Ursinus rövid összevont kátéja alapján, minden iskolában rendszerint szerda-, szombat- és vasárnapokon előadatni megparancsoljuk.

Végül mind a kötött, mind a szabad stílusgyakorlatokat – természetesen, amelyik diák tehetséges – gyakori szónoklásokkal együtt, minden iskolában, mindenek előtt ösztönözni akarjuk.

Hogy mindezek helyesen végbemehessenek, minden Tiszán-inneni vármegyében bizonyos iskolai felügyelők kirendelését, mint ami helyes és méltányos, elhatároztuk.

Ford: Dienes Dénes



Leges Scholae Cassovianae, Helveticae Confessionis,  
Renovatae anno 1656.

I. Lex

Quoniam haec respublica literaria non admittit quosvis ociosos et helluones, nullumque serium conatum ad studium afferentes, verum eos, qui firmiter statuerint omnes suos lab(ores) et conatus Deo velle dedicare; proinde requirimus, ut qui in album hujus scholae civium se recipi capit, memor pietatis in Deum et homines, vitam, studia, externamque conversationem ad finem omnium absolutissimum, nempe Dei opt. max gloriam dirigat, eius auxilium imploret, ut suis laboribus cumulatissime benedicat.

II. Lex

Si quis ergo apud se decreverit aliquamidu studiis honestis nobiscum vacare, non se quoquomodo in societatem nostram insinuet aut ebtrudat, sed literis, quae vitam et mores eius vere ac probe commendet, secum allatis rectorem scholae adeat, modeste et submisse se recipi petat, debitam obedientiam rectori imprimis, deinde alumniis scholae, atque adeo honestis scholae legibus polliceatur. Sic etiam dum emigrare voluerit, venia ab eodem habita et oratione recitata (nisi infamis haberi velit) discedat.

III. Lex

Impetrata venia, praecipua cura honesti adolescentis erit pietatem suam in conventibus ecclesiae declarare erga Deum, ut sunt: conciones, preces quotidianae et funerum deductiones, etc. Quos conventus non modo frequens, verum etiam os suum ad laudes Dei decantans, cum magna animi alacritate et devotione aperiat, modeste se gerat in incessu, componat in vultu, nec oculos huic aut illuc distorqueat, qui saepe ad impuras pelliciunt cogitationes; quas ut evitare queat, meminerit et semper in conspectu Dei et angelorum situm esse in choro stantem. In statione se componat, pulpito appropinquet, nec se a proxime stante elonget, aut gruum more stet, sed in catervam confluat, nec ausit aliquando in sua habitatione audito signo, vel minimum moram<sup>1</sup> facere, ut omnes ingredi queant, et conventibus publicis cito adsint. In templo vero quoque suum locum obtineant.

IV. Lex

Requirimus etiam et severe mandamus omnibus inspectioni nostrae subjecit, ut praelectionibus, examinibus, repetitionum recitationibus, precibus atque adeo omnibus congressibus sine alia intermissione frequentes adsint. Si quis vero inevitabili de causa emanere cogitur, si mulctam evitare voluerit, rectori scholae indicet. Exposcemus etiam a nostris studiosis, ut quilibet in societate collationis quot quot fuerint, se se

---

<sup>1</sup> Révész Kálmán közlésében *more*, ami bizonyára nyomdahiba.

recipiant, ibique post quaslibet lectionum resolutiones et examina publica, in privatum usum in communi loco audita, ventillando memoria volvere revoleverequae intendant.

#### V. Lex

Templum e schola decenter, sine ullo strepitu, elamore et sibilis, indecoris gestibus et moribus, bono quivis ordine composito ingrediuntur, in funerum etiam deductionibus eundem ordinem ac modestiam observanto.

#### VI. Lex

Ne autem multorum annorum spatiis magno labore et industria comparata linguarum et artium cognitio sine praxi maneat, quilibet styli latini sermonis et memoriae exercitiis assidue invigilet; maternas etiam linguae usum e scholae nostrae limitibus exulare volumus, et severe omnibus tam majoribus quam minoribus interdiciamus. Quo autem commodius id fiat, pro consuetudine observata ferulam curabimus, et curam eis agendam oeconomis demandamus.

#### VII. Lex

Ante, inter et post praelectiones ab omni petulantia, strepitu, vociferatione et cursitationibus, aliisque indecoris factis omnes abstineto. Nec, extra scholam in civitatem, vel aliorum temere et sine iusta de causa abeunto.

#### VIII. Lex

Superioribus omnibus debitum honorem, reverentiam praestare volumus, inhonestam vero vestitus deformitatem, tam in reliquis indumentis, quam in dissecatis pileis usurpare severe prohibimus.

#### IX. Lex

Cassam quilibet in hac societate nostra degat vitam et honestam; computationes vitet, homines diversae conditionis (praesertim milites) perpotandi gratia inducere ne sibi praesumat, sed conversationem quilibet honestam teneat cum honestioribus, requirimus.

#### X. Lex

Absint et clamores cyclopici, jurgia, lites, controversiae, digladiationes, responsationes, mutuae infamiae, susceptae obtrectationes, risus profusi, cachinni, intempestivi musici usus, convicia omnia, imprimis illa atrociam, qui iram Dei ultricem in usurpando excitant.

#### XI. Lex

Nullam violentiam aut vindictam privatam verbis aut factis usurpari a quoquam permittimus, quam et omnes ab omnium altercationum et dissidiorum occasionibus noxiis ferendis alienum gerant animum,

volumus. Si vero quis per aliquem laesus fuerit, primum seniori, tandem rectori indicet, a quibus dignam sustinebit poenam.

#### XII. Lex

